

AUGUSTISSIMO ROMANORUM
IMPERATORI
FRANCISCO.

A. *Ustriadum non unquam adeo numerosa propago
Floruit, ac hodie, Te Genitore, micat.
Nec solum numerosa, Tibi sed congener aequae,
Dotibus ingenii culta, venusta, pia.
Aspiciam Natos; sunt aemula Patris imago;
Ut speculum, & referunt, quae Tibi forma nitet.
Suspiciam mentis titulos; est quilibet echo:
Qui recinunt miros, multiplicesque Tuos.
Ergo tot Augustos ne laudes, Austria, priscos
Qui tibi jam palmis implicuere comas.
Brachia palmarum est illis indulta facultas
Carpere: queis possent neclere ferta tibi.
At modo radices genuit Franciscus adultas,
Palmarumque ferax proferet inde nemus.
Uberior ramis ergo velut edita silva est:
Dignior omnigenis laudibus iste modo.
Quam merito huic igitur libatas carmine palmas
Obsequii pleno corde dicare decet.
Aspicere has, Caesar, ne dedignere, futuras
Fatidicas, soboles quas Tua multa feret.
Quae cecini, dum vita Tibi pretiosa maneret;
Post vitam meritis est epigramma Tuis.*

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

REPORT OF THE

COMMISSIONERS OF THE

BOARD OF EDUCATION